

Annexes

Table des annexes

ANNEXE 1:	2
MURET, MARC-ANTOINE, M. ANTONII MURETI VARIARUM LECTIONUM LIBRI VIII, VENETIIS, EX OFFICINA J. ZILETTI, 1559.....	2
MURET, MARC-ANTOINE, M. ANTONII MURETI VARIARUM LECTIONUM LIBRI VIII, VENETIIS, EX OFFICINA J. ZILETTI, 1559, [A2-A4].....	2
ANNEXE 2:	5
M.ANTONII MURETI VARIARUM LECTIONUM LIBRI XV. AD HIPPOLYTUM ESTENSEM, CARDINALEM AC PRINCIPEM ILLUSTRISSIMUM. ANTVERPIAE, EX OFFICINA CHRISTOPHORI PLANTINI, ARCHITYPOGRAPHI REGII: MDLXXX.....	5
ANNEXE 3: CORRESPONDANCES.....	7
ANNEXE 4: TABLEAUX:	9

Annexe 1:

MURET, Marc-Antoine, *M. Antonii Mureti Variarum lectionum libri VIII*, Venetiis, ex officina J. Ziletti, 1559.

PRÉFACE AU CARDINAL HIPPOLYTE D'ESTE¹:

M. Antonii Mureti in libros Variarum lectionum praefatio ad Hippolytum Estensem, cardinalem ac principem illustrissimum, singularem omnium honestarum artium patronum.

Magnopere peccare mihi viderer, Hippolyte, Cardinalis Illustrissime, si otium illud, quod & plurimum & honestissimum tua mihi benignitate conceditur, alia ulla re, quam litteram, & earum artium, quibus te insigniter oblectari video, assidua tractatione insumerem, nam cum ea te praecipue caussa commovit, ut aditum mihi ad familiaritatem tuam ultro patefaciendum putaris, quod ad te de mea erga illas incredibili voluntate, meis fortasse scriptis, & amicis de me summorum hominum concitata sermonibus fama pervenerat: quis me ferendum putet, nisi quam de me opinionem incognito adhuc & absente conceperas, eam praesens ipse omni studio, omnique corporis & animi contentione confirmem? Ita igitur facio. Quarum artium singularis pulchritudo mentem meam, usque a puero, admirabili quodam sui desiderio incenderat, eas nunc demum beneficio tuo aliis omnibus curis solutas, magno & alacri animo persequor: neque sane committo, ut qui me tibi tanquam hominem & non ineruditum, & eruditionis ac doctrinae sitientissimum commendarunt, cum in illo priore indulserint amoris erga me suo, in hoc etiam altero eidem obsecuti, ac non potius id quod exploratum haberent, vere apud te testati esse videantur. Quod cum facio, primum, quo nihil dulcius est, nihil optabilius, naturae meae propensionem sequor. Vere enim hoc tibi affirmare possum, si quis mihi deus omnes opes, omnia commoda, omnem potentiam proponat, ea lege ac conditione, ut semel deponam haec studia, & has qualescumque litterulas, altrices adolescentiae meae, fidissimas meorum omnium temporum comites deseram: nunquam id faciam: neque quicquam tanti esse ducam, quod mereri velim, ut a suavissimo earum amplexu & contubernio abducar. Quare, ut dixi, cum in eas toto pectore incumbo, naturae meae pareo: idque facio, quod si facere vetarer, vitalem mihi esse vitam non putarem. Deinde, quo mihi nihil prius ac potius neque est, neque esse debet, voluntati tuae morem gero. Saepe enim mihi, quae tua est humanitas, affirmasti, nullum tibi a me genus obsequii praestari posse jucundius, quam, si omne tempus arbitrato meo ponerem in litteris, & aliquid assidue, quantum in me esset, excuderem, quod & mihi ornamento, & aliis usui, & tibi oblectationi esse posset. Neque vero me, ut id faciam, oratione tantum cohortaris, verum etiam exemplo. Quid enim facere nos oportet, quicumque tuis opibus non aliam ob causam fovemur, sustentamur, ornatur, quam ut in his studiis omni cogitatione defixa, dies noctesque exerceamur: cum te, te, inquam, ipsum, quam moderatrix humanarum rerum providentia in altissimo dignitatis gradu collocatum, perpetua gravissimorum munerum procuratione districtum teneri voluit, inter tot, tam graves, tam multiplices curas, tantopere ad tranquillitatem & salutem publicam pertinentes, quotidie tamen aliquid temporis harum artium tractationi tribuere videamus? Nimirum & unusquisque nostrum naturae suae, ut ait poeta quidam, semina sequitur: & quibuscum diu ac familiariter vixit, eorum mores &

1MURET, Marc-Antoine, *M. Antonii Mureti Variarum lectionum libri VIII*, Venetiis, ex officina J. Ziletti, 1559, [A2-A4].

instituta vivendi facile ac libenter imitatur. Te vero cum omnis honestatis ac dignitatis amantissimum, omnium, quae ad comparandam veram ac solidam gloriam pertinent, appetentissimum natura genuisset: consecuta deinde Francisci Valesii, Galliarum Regis optimi, ac maximi, intima illa, qua tot annos usus es, consuetudo magis etiam incitavit ad easdem illas vias, in quas ipsa te natura deduxerat, animosius & constantius persequendas. Ille homines eruditos ad se ex omnibus orbis terrarum partibus, amplissima eorum industriae praemia statuens, convocabat. Idem illud exemplum jam dudum Italia te, maxima cum tua laude, renovantem intuetur. Ad regalem illius mensam non ullum acroama aut libentius, aut saepius, quam vox alicujus eruditi hominis, audiebatur. Epulae quoque tuae quotidie nulla re magis, quam gravissimis & honestissimis virorum doctrina praestantium sermonibus, condiuntur. Ille igitur ad ceteras suas laudes eam addidit, qua nulla, meo quidem iudicio, major est, nulla praeclarior, ut communi omnium populorum consensu Litterarum Pater nominaretur. Idem illud cognomen tibi apud posteros tributum iri, cuius perfacile est, qui tuam erga homines liberalium artium scientia excultos munificam, planeque regiam voluntatem cognoverit, augurari. Nos interea, qui per te hoc otio fruimur, omnem industriam eo conferre oportet, ut quacumque ratione possumus, heroicas ac prope divinas virtutes tuas omni genere monumentorum ad immortalem posteritatis memoriam consecremus. Non quod rerum a te gestarum gloria nostro testimonio indigeat: sed quod alia nobis via nulla relinquitur, quo ingrati animi notam effugere valeamus. Igitur alii quidem, quibus major doctrinae copia est, alia tibi graviora, & majoris operae inscribent. Ego autem, qui nondum eam facultatem consecutus sum, ut a me quicquam egregium exspectari debeat, scribam tamen, qualiacumque potero, & hisce parvis ac tenuibus munusculis testabor hominibus magnitudinem observantiae erga te meae. Illud quidem certe omni ope conabor efficere, ut scripta mea, si nullam aliam ob causam in pretio sint, utilitate tamen tueantur ipsa se, & hoc saltem nomine a studiosis hominibus non negligantur. Quod & alias feci, et in iis maxime, quos nuper apud te scripsi, Variarum Lectionem libris. Primum enim cum in praestantissimis utriusque linguae scriptoribus multa, vel temporum vel hominum culpa, corrupte & depravate legantur: eaque res vel non animadversa errorem, vel animadversa malestiam, & difficultatem legentibus objicere soleat: ejus incommodi ut pars aliqua per me tolleretur, operam dedi. Deinde, cum & illud constet, veteres Latinos summo studio esse in Graecorum imitatione versatos, & eorum locorum, quos illi ab his acceptos in usum suum transtulerunt, diligens, & accurata notatio magnam his temporibus utilitatem habere credatur: hujus quoque generis inspergenda nonnulla esse duxi. Narratiunculas etiam aliquot admiscui quarundam historiarum, quae neque contritae ac communes essent, neque fore injucundae cognitu viderentur: Ubi autem ita res tulit, ut ab iis qui vel aetate nostra, vel etiam superioribus temporibus in hoc ipso curriculo industriam suam exercuerant, dissentirem: feci id, ut & natura & consuetudo mea fert, libere: sed ea tamen moderatione servata, ut imminutam esse a me dignitatem suam, nemo conqueri potest, nisi qui tantum sibi tribuat, ut errare se posse non putet. Quod neque cuiquam unquam contigit, & majus est, quam ut convenire in humanam fragilitatem queat. Sed nos quid fecerimus, ipsa res indicabit, testatum quidem omnibus esse volumus, nihil aliud nobis propositum fuisse, quam ut sine cujusquam offensione, auxilii aliquid attulisse huic studiorum generi diceremur. A te autem, Hippolyte, Principum decus, etiam atque etiam petimus, ut qua nos humanitate in familiarium tuorum numerum recipere dignatus es, eadem hos labores nostros, qui nulla re magis, quam tui nominis auctoritate, nixi, in publicum prodeunt, tibi accipiendos putes: neque tam, quid amplitudini tuae conveniat, quam, quid praestari a nobis possit, expendas. Nam & haec ipsa novis in dies accessionibus crescent, & alia suo tempore, quae tibi gratiora fore confidimus, proferentur.

ADRESSE DE NICOLAUS NATHANAELUS AU LECTEUR²:

Nicolaus Nathanaelus cretensis lectoribus S.D.

Cum liber hic absolutus jam esset, egerunt cum Mureto quidam honestissimi homines, et cum eo magna familiaritate conjuncti, ut quicquid in toto opere Graece scriptum esset, latine interpretaretur, et hic in extremo subjiceret : fore enim alioqui, ut multos legendi cupidos, Graeci sermonis ignoratio retardaret. Id ipse, cum sit alioqui studiosissimus gratificandi suis, neque laborem subterfugere ullum soleat, quo eorum voluntati obsequatur, non tamen negavit modo, sed etiam pernegavit. Dejecti hac spe, postularunt, ut id saltem ab alio quopiam fieri permetteret. Ille diu reluctatus, tandem tamen vinci se passus est. Ego igitur, ipsius quidem permissu, aliorum autem rogatu, suscepi hunc laborem : qui, vereor equidem, ne incurrat in multorum reprehensionem. Nam cum illud ipsum perdifficile est, quae una lingua dicta sint, in aliam convertere, quaecunque tandem illae sint : tum lingua nostra (quod bona Latinorum venia dictum sit) permulta habet, quae Latinus sermo assequi plane non potest. Adde, quod nobis, quicumque in Graecia nati sumus, non credibile est, quam sit difficile, quae Graece dicta sunt, latine exprimere. Nam et Graeca nescio quo modo magis percipimus, et in latinis minus sumus exercitati. Quare peto ab iis, qui haec legent, ne mecum summo jure agendum putent. Non enim laudem quaesivi : sed ut pars aliqua ejus difficultatis, quae homines discendi cupidos a fructuosissima pulcherrimorum librorum lectione absterrere poterat, per me tolleretur, elaboravi. Valet. Venetiis. a. d. IX Kal. Quinct. MDLIX.

2 MURET, Marc-Antoine, *M. Antonii Mureti Variarum lectionum libri VIII*, Venetiis, ex officina J. Ziletti, 1559, f.Cc2-Ff1.

Annexe 2:

M. Antonii Mureti Variarum lectionum libri XV. Ad Hippolytum Estensem, cardinalem ac principem illustrissimum. Antverpiae, ex officina Christophori Plantini, architypographi Regii: MDLXXX.

PRÉFACE DE CHRISTOPHE PLANTIN ADRESSÉE À MURET (ANVERS, LE 2 MARS 1580)³:

Cl[arissimo] V[iro] M[arco] Antonio Mureto I. C. Chr[istophorus] Plantinus S[alutem] D[at]

*Serius ad te redeunt Variarum tuarum, Vir clarissime, non tam mea meorumque culpa, quam temporum et locorum. Turbae quae exortae sint, vides, adversae rebus nostris : et locorum inter nos id intervallum est, ut et libros tuos tarde **prorsus** acceperim ; et tu, ut opinor, epistolas meas, siquid evenit in quo consulto te opus esset. Sicut profecto evenit. Nam libri bona imo maxima parte jam confecta, non tamen confidentiae meae fuit ad calcem pergere, et lucem illi dare : nisi explorata voluntate tua de nova, ut loquimur, Praefatione. Quam non ignoras, sollenni eorum qui hodie scribunt ritu, addi solere. At cum eam non haberem, et vererem ne expectando longius fieret : vide quid mihi sumpserim, eruditissime Murete, te ut spero non invito, librum tuum absolui, edidi : nec id solum, sed epistolam hanc praescripsi, qua et excusarem factum (si error aut peccatum in eo est) et promptum paratumque me ostenderem ad ea omnia quae deinceps pariet faecundissimum ingenium tuum, et inter elegantissima saeculi nostri. Vale, et nos ama. Antverpiae, postridie Kalend. Mart. CIO IO LXXX.*

PRIVILÈGE ET APPROBATION:

Extrait du privilège donné en novembre 1574 à Christophe Plantin⁴:

Summa privilegii.

Regiae Majestatis privilegio cautum est, ne quis M. Antonii Mureti Variarum lectionum libros XV etc. citra Christophori Plantini Architypographi Regii voluntatem, a die prioris editionis absolutae ad decem annos, imprimat, vel alibi impressos importet, distrahat, venalesve habeat per omnes ejus ditionis fines, sub poena confiscationis, et gravi mulcta : ut latius patet in litteris datis Bruxellae paenultima Novembris Anno MDLXXVIII.

Signat I de Witte.

³MURET, Marc-Antoine, *M. Antonii Mureti Variarum lectionum libri XV. Ad Hippolytum Estensem, cardinalem ac principem illustrissimum. Antverpiae, ex officina Christophori Plantini, architypographi Regii: MDLXXX, f.[**3 verso].*

⁴MURET, Marc-Antoine, *M. Antonii Mureti Variarum lectionum libri XV. Ad Hippolytum Estensem, cardinalem ac principem illustrissimum. Antverpiae, ex officina Christophori Plantini, architypographi Regii: MDLXXX, f.[**4 recto].*

Approbation⁵:

Approbatio :

In hoc Variarum Lectionum volumine nihil repertum est, quod fidei sinceritati ac integritati contrarietur.

Walterus vander Steeghen S. Theologiae Licentiatus, et Ecclesiae Antwerpiensis Canonicus.

⁵MURET, Marc-Antoine, *M. Antonii Mureti Variarum lectionum libri XV. Ad Hippolytum Estensem, cardinalem ac principem illustrissimum*. Antverpiae, ex officina Christophori Plantini, architypographi Regii: MDLXXX, f.d4 recto.

Annexe 3: Correspondances

LETTRE DU 22 FÉVRIER 1559, ADRESSÉE À MARC-ANTOINE MURET PAR HIPPOLYTE D'ESTE⁶:

Magnifico M. Marcantonio moi carissimo.

Dalla relatione che hebbi da più parti delle buone qualità e meriti vostri, mi mossi i mesi passati a farvi ricercare di venire al moi servitio: & crediate, che da quell'hora, che vi risolveste di accettare il partito, vi ho aspettato sempre con grande desiderio. Ben è vero, che fra tanto mi fu gettato un motto sopra alcune cose: ma elle non furon però bastanti a rimuovermi punto da quella buona oppinione, che di già havevo di voi, con tuttochè mi paresse bene d'intenderne il parer ancora di Monsignor mio Rmo di Tornone, alla molta prudentia & integrità del quale io tribuisco tanto, che havendo S. Signoria Rma quella notitia che ha della persona vostra, mi pareva di potere intieramente quietarmi nel giudicio suo, & a questo fine aspettavo di valerme della occasion di Nichetto, il quale havevo a mandar d'hora in hora da S. Signoria Rma. Ma il caso portò che io fussi astretto a trattenerlo assai più di quel che pensavo; onde vi sia penetrato a l'orecchie questo maligno ufficio, che era stato fatto con me, prima che io habbi potuto haver la relatione di detto Signore, & forse per opra de' medesimi autori, li quali haveran voluto persuadervi, che io habbi presa la cosa in altra parte di quel che feci con effetto. Et certamente non posso se non escusarvi, che di ciò restaste con l'animo sospeso, benchè dall'altra parte havessi desiderato, che non vi fuste però addotto a pigliar altra deliberatione, avanti che di saper l'animo mio con più fondamento, potendo ben imaginarvi, che l'innocentia vostra havrebbe potuto più in me, che la malignità d'altri. Ma poi che pur vi trovate già obligato per quest'anno, se ben io havessi desiderato, che fuste in termine di poter venir da me prontamente; io anteporrò nondimeno volentieri l'osservatione della vostra parola ad ogni comodo, che potessi ricever del servitio vostro per questo tempo, doppo il quale io vi tengo per accettato, conforme a quanto avete detto a Nichetto ancora; onde con la sicurezza che habbate a conferirvi da me, fornito detto tempo, mi parrà di sentir con tanto manco dispiacere l'impedimento che si è interposto, perchè non siate venuto di presente. Et attendete a conservarvi sano. Di Ferrara li XXII. Di febraro MDLVIII.

Tutto vostro.. Hip. Car. di Ferrara.

6 Voir Lettre n°XLIX, dans LAZERI, Pietro, éd., *Pontificum Romanorum Epistolae XXX saeculo XIII scriptae Aonii Palearii epistolae XXV M. Antonii Mureti et ad Muretum Pauli Manutii, Dionysii Lambini, Justi Lipsii, Petri Morini, aliorumque virorum clariss. epistolae selectae accesserunt Graecorum scriptorum aliae nonnullae a leone allatio olim recensitae omnes ex codd mss Bibliothecae Collegii Romani Societatis Jesu Nunc primum editae*, Romae (Rome), ex typographia Palladis sumtibus Nicolai, et Marci Palearinii praesidium facultate, 1758, p.450-451.

LETTRE DU 27 JUIN 1559 ADRESSÉE À MARC-ANTOINE MURET PAR HIPPOLYTE D'ESTE⁷:

Mag. Mr. Marc'Antonio mio Car.

Io non riposi per il procaccio passato alla lettera con che mi mandaste la prefazione del vostro libro. Perciocchè oltre all'haverla veduta io, volsi farla anche vedere da questi miei, si come ho fatto. Et da tutti è stata non solo approvata, ma commendata ancora, di che attribuite a me, è causato dall' affettione che mi portate, & non da effetti, che per ancora se ne siano visti, tanto più ho da aver caro questo vostro buon amico, & da tenermi obbligato a riconoscerlo in ogni occasione. Intanto piacendomi, che voi fussi a quel buon termine della stampa d'esso vostro libro, starò aspettando, che ve ne torniate quanto prima, & state sano. Di Ferrara li 27. di Giugno 1559.

*Tutto vostro.
Hip. Card. di Ferrara.*

7 Voir Lettre n°LIV, dans LAZERI, Petrus (éd.), *Pontificum Romanorum Epistolae XXX saeculo XIII scriptae Aonii Palearii epistolae XXV M. Antonii Mureti et ad Muretum Pauli Manutii, Dionysii Lambini, Justi Lipsii, Petri Morini, aliorumque virorum clariss. epistolae selectae accesserunt Graecorum scriptorum aliae nonnullae a leone allatio olim recensitae omnes ex codd mss Bibliothecae Collegii Romani Societatis Jesu Nunc primum editae*, Romae (Rome), ex typographia Palladis sumtibus Nicolai, et Marci Palearinii praesidium facultate, 1758, p.457.

Annexe 4: Tableaux:

TABLEAU N°5: LISTE DES AUTEURS GRECS CITÉS PAR MURET DANS SES DIX-NEUF LIVRES DE *VARIAE LECTIONES*

Auteur	Nombre d'occurrences dans l' <i>editio princeps</i> de 1559	Nombre d'occurrences dans les livres IX à XV et les ajouts de 1580.	Nombre d'occurrences dans les quatre livres inédits de <i>Variae lectiones</i> publiés en 1600.	Nombre total d'occurrences dans les dix-neuf livres de <i>Variae lectiones</i> .
Cicéron	59 (1er)	46 (1er)	31 (1er)	136
Plaute	14 (3e)	28 (2e)	18 (2e)	60
Horace	23 (2e)	25 (3e)	9 (3e)	57
Térence	12 (5e)	12 (5e)	5 (8e)	29
Virgile	14 (3e)	9 (9e)	6 (6e)	29
Sénèque	2	16 (4e)	6 (6e)	24
Varron	11 (6e)	11 (6e)	2	24
Pline l'Ancien	9 (7e)	9 (9e)	2	20
Ovide	6 (9e)	7 (11e)	7 (5e)	20
Tite-Live	2	6	9 (3e)	17
Catulle	6 (9e)	6	3	15
Tacite	0	11 (6e)	2	13
Aulu Gelle	1	11 (6e)	0	12
Ennius	6 (9e)	4	2	12
Martial	3	6	3	12
Nonius	8 (8e)	3	1	12
Tibulle	3	5	1	9
Apulée	0	6	2	8

Auteur	Nombre d'occurrences dans l' <i>editio princeps</i> de 1559	Nombre d'occurrences dans les livres IX à XV et les ajouts de 1580.	Nombre d'occurrences dans les quatre livres inédits de <i>Variae lectiones</i> publiés en 1600.	Nombre total d'occurrences dans les dix-neuf livres de <i>Variae lectiones</i> .
Jérôme	0	2	0	2
Justinien	0	2	0	2
Macrobe	1	1	0	2
Paul	0	2	0	2
Pline le Jeune	0	1	1	2
Aemilius Probus	0	2	0	2
Sidoine Apollinaire	0	2	0	2
Tertullien	0	2	0	2
Arnobe	0	1	0	1
Asconius Paedianus	0	0	1	1
Avienus	0	1	0	1
Caecilius	1	0	0	1
Publius Iuventius Celsus	0	0	1	1
Charisius	0	1	0	1
Columelle	0	1	0	1
Diomède	0	0	1	1
Fabianus	0	1	0	1
Festus	0	1	0	1

Quintilien	1	2	5 (8e)	8
Salluste	2	1	5 (8e)	8
Caton	1	4	2	7
César	0	5	2	7
Juvénal	1	4	2	7
Lucrèce	3	3	1	7
Suétone	0	4	3	7
Servius	3	2	1	6
Donat	0	2	3	5
Augustin	1	3	0	4
Lucilius	2	1	1	4
Naevius	0	1	3	4
Ausone	1	1	1	3
Quintus Cicero	3	0	0	3
Valère Maxime	1	2	0	3
Accius	1	1	0	2
Afranius	0	1	1	2
Ambroise	0	2	0	2
Cornelius Celsus	0	2	0	2

Frontinus	0	0	1	1
Luc	0	0	1	1
Lucaïn	0	1	0	1
Martianus	0	1	0	1
Minucius Felix	0	1	0	1
Nigide	0	1	0	1
Perse	0	1	0	1
Plotius Gallus	0	0	1	1
Priscien	1	1	0	1
Properce	0	0	1	1
Quinte Curce	0	1	0	1
Silius Italicus	1	0	0	1
Solinus	1	0	0	1
Stace	1	0	0	1
Sulpicius	1	0	0	1
Titinius	0	1	0	1
Velleius	0	1	0	1
Ulpien	0	0	1	1

TABLEAU N°6: LISTE DES AUTEURS LATINS CITÉS PAR MURET DANS SES DIX-NEUF LIVRES DE *VARIAE LECTIONES*

Auteur	Nombre d'occurrences dans l' <i>editio princeps</i> de 1559	Nombre d'occurrences dans les livres IX à XV et les ajouts de 1580.	Nombre d'occurrences dans les quatre livres inédits de <i>Variae lectiones</i> publiés en 1600.	Nombre total d'occurrences dans les dix-neuf livres de <i>Variae lectiones</i> .
Aristote	30 (2e)	20 (1er)	11 (1er)	61
Euripide	39 (1er)	6 (10e)	7 (4e)	52

Auteur	Nombre d'occurrences dans les huit premiers livres de <i>Variae lectiones</i> (1559).	Nombre d'occurrences dans les sept livres de <i>Variae lectiones</i> ajoutés en 1580.	Nombre d'occurrences dans les quatre livres inédits de <i>Variae lectiones</i> publiés en 1600.	Nombre total d'occurrences dans les dix-neuf livres de <i>Variae lectiones</i> .
Philostrate	1	1	0	2
Porphyre	1	1	0	2

Homère	15 (4e)	16 (3e)	11 (1er)	42
Platon	22 (3e)	9 (6e)	10 (3e)	41
Plutarque	10 (6e)	17 (2e)	5 (7e)	32
Xénophon	11 (5e)	6 (7e)	7 (4e)	24
Aristophane	5 (9e)	10 (5e)	3 (7e)	18
Eusthate de Thessalonique	2	12 (4e)	1	15
Eschyle	7 (7e)	3 (12e)	1	11
Démosthène	6 (8e)	2	3 (7e)	11
Lucien	5 (9e)	2	2	9
Thucydide	1	6 (7e)	2	9
Athénée	2	0	6 (6e)	8
Lysias	5 (9e)	0	3 (7e)	8
Pindare	4	2	2	8
Sophocle	2	3 (12e)	3 (7e)	8
Théophraste	1	6 (7e)	1	8
Hippocrate	1	4 (11e)	2	7
Hérodote	3	1	2	6
Denys d'Halicarnasse	3	1	1	5
Épicure	1	3 (12e)	1	5
Eschine	5 (9e)	0	0	5
Hésiode	2	0	3 (7e)	5
Isocrate	5 (9e)	0	0	5
Ménandre	3	0	2	5
Andocide	3	0	1	4
Galien	0	1	3 (7e)	4
Théocrite	2	1	1	4
Théognis	4	0	0	4
Apollodore	2	1	0	3

Protagoras	2	0	0	2
Sappho	1	1	0	2
Strabon	0	1	1	2
Théon	0	0	2	2
Aelius Aristide	1	0	0	1
Anacréon	0	0	1	1
Anaxagore	0	1	0	1
Antiphon	0	0	1	1
Aphthonius	0	0	1	1
Apollonios de Rhodes	0	1	0	1
Apollonios de Tyane	0	1	0	1
Aratus	1	0	0	1
Aristippe	1	0	0	1
Bias de Priène	0	0	1	1
Callisthène	1	0	0	1
Cassiodore	0	1	0	1
Choerilus	0	1	0	1
Chrysostome	0	1	0	1
Cyrellus Alexandrinus	0	1	0	1
Denys Longin	0	0	1	1
Didyme d'Alexandrie	0	1	0	1
Dinarque	0	0	1	1
Diodore de Sicile	1	0	0	1
Dioscoride	0	1	0	1
Euclide	0	1	0	1
Héliodore	0	1	0	1
Hellanicos	0	1	0	1
Héraclite	0	1	0	1

Callimaque	3	0	0	3
Chrysippe	1	1	1	3
Clément d'Alexandrie	1	2	0	3
Démétrios de Phalère	2	1	0	3
Démocrite	0	2	1	3
Élien	1	2	0	3
Epicharme	1	1	1	3
Grégoire de Nazianze	0	1	2	3
Lycurgue	2	0	1	3
Pausanias	2	1	0	3
Pythagore	1	1	1	3
Simonide	3	0	0	3
Stobée	1	2	0	3
Suidas	1	1	1	3
Thalès	0	2	1	3
Basile de Césarée	0	1	1	2
Empédocle	0	2	0	2
Ésope	0	0	2	2
Eubule	1	1	0	2
Hesychius	1	1	0	2
Diogène Laërce	0	2	0	2

Hermogène de Tarse	1	0	0	1
Hippodamos	0	1	0	1
Julius Pollux	1	0	0	1
Justinius Martyr	0	1	0	1
Longus	0	1	0	1
Musaeus Grammaticus	0	0	1	1
Nicolas de Damas	0	1	0	1
Origène	1	0	0	1
Panyasis	1	0	0	1
Parménide	0	1	0	1
Polémarchus	1	0	0	1
Polybe	1	0	0	1
Ptolémée	0	1	0	1
Quintus de Smyrne	0	1	0	1
Simplicius de Cilicie	1	0	0	1
Solon	0	0	1	1
Synésios de Cyrène	0	1	0	1
Thémistios	1	0	0	1
Théodore de Cyrénaïque (l'Athée)	0	1	0	1
Théopompus	1	0	0	1
Tyrtée	1	0	0	1

TABLEAU N°8: GENRES LITTÉRAIRES ET DISCIPLINES LUS ET ABORDÉS PAR MARC-ANTOINE MURET DANS SES DIX-NEUF LIVRES DE *VARIAE LECTIONES*

Genre	Représentants du genre cités ou étudiés dans les <i>Variarum lectionum libri VIII</i> de 1559.	Nombre de chapitres mentionnant un ou plusieurs de ces auteurs, dans les <i>Variarum lectionum libri VIII</i> de 1559. (pour 169 chapitres)	Représentants du genre cités ou étudiés dans les livres IX à XV des <i>Variae lectiones</i> et dans les ajouts de 1580.	Nombre de chapitres mentionnant un ou plusieurs de ces auteurs, dans les livres IX à XV des <i>Variae lectiones</i> et dans les ajouts de 1580. (pour 140 chapitres ajoutés et 17 modifiés ⁸)	Représentants du genre cités ou étudiés dans les <i>Variarum lectionum libri IV</i> de 1600.	Nombre de chapitres mentionnant un ou plusieurs de ces auteurs, dans les <i>Variarum lectionum libri IV</i> de 1600. (pour 82 chapitres)	Nombre de chapitres mentionnant un ou plusieurs de ces auteurs, dans l'ensemble des XIX livres de <i>Variae lectiones</i> . (pour 391 chapitres)
Littérature: Poésie	<p><i>Latins:</i> Horace, Virgile, Ovide, Catulle, Ennius, Martial, Tibulle, Juvénal, Lucilius, Ausone, Lucain, Stace</p> <p><i>Grecs:</i> Homère, Pindare, Théognis, Théocrite, Callimaque, Simonide, Hésiode, Eubule, Sappho, Panyasis, Tyrtée, Épicharme</p>	<p><i>Latins:</i> 49 (29%)</p> <p><i>Grecs:</i> 27 (16%)</p> <p style="text-align: center;">Total: 62 (37%)</p>	<p><i>Latins:</i> Horace, Virgile, Ovide, Catulle, Ennius, Martial, Tibulle, Juvénal, Lucilius, Ausone, Sidoine Apollinaire, Perse, Titinius</p> <p><i>Grecs:</i> Homère, Pindare, Théocrite, Eubule, Sappho, Quintus de Smyrne, Épicharme, Empédocle, Aratus, Apollonius de Rhodes, Chérilos de Samos</p>	<p><i>Latins:</i> 55 (35%)</p> <p><i>Grecs:</i> 25 (16%)</p> <p style="text-align: center;">Total: 66 (42%)</p>	<p><i>Latins:</i> Horace, Virgile, Ovide, Catulle, Ennius, Martial, Tibulle, Juvénal, Lucilius, Ausone, Properce</p> <p><i>Grecs:</i> Homère, Pindare, Théocrite, Hésiode, Anacréon, Épicharme</p>	<p><i>Latins:</i> 26 (32%)</p> <p><i>Grecs:</i> 14 (17%)</p> <p style="text-align: center;">Total: 30 (37%)</p>	<p><i>Latins:</i> 130 (33%)</p> <p><i>Grecs:</i> 66 (17%)</p> <p style="text-align: center;">Total: 158 (40%)</p>
Littérature: Théâtre	<p><i>Latins:</i> Plaute, Térence, Sénèque, Accius, Afranius, Caecilius</p>	<p><i>Latins:</i> 25 (15%)</p> <p><i>Grecs:</i> 41 (24%)</p>	<p><i>Latins:</i> Plaute, Térence, Naevius, Afranius</p> <p><i>Grecs:</i></p>	<p><i>Latins:</i> 37 (24%)</p> <p><i>Grecs:</i> 19 (12%)</p>	<p><i>Latins:</i> Plaute, Térence, Naevius, Afranius</p> <p><i>Grecs:</i></p>	<p><i>Latins:</i> 20 (24%)</p> <p><i>Grecs:</i> 13 (16%)</p>	<p><i>Latins:</i> 82 (21%)</p> <p><i>Grecs:</i> 73 (19%)</p>

⁸ En tout, 28 chapitres ont été modifiés dans les huit premiers livres des *Variae lectiones* entre l'*editio princeps* de 1559 et l'édition de 1580. Nous ne prenons en compte ici que ceux dont les modifications ont affectées les références aux auteurs: ajouts ou retraits de nouvelles citations.

	<i>Grecs:</i> Euripide, Aristophane, Eschyle, Sophocle, Ménandre	Total: 56 (33%)	Euripide, Aristophane, Eschyle, Sophocle	Total: 52 (33%)	Euripide, Aristophane, Eschyle, Sophocle, Ménandre	Total: 30 (36%)	Total: 138 (35%)
Philosophie	<i>Latins:</i> Cicéron, Sénèque, Caton, Lucrèce <i>Grecs:</i> Aristote, Platon, Plutarque, Xénophon, Pythagore, Épicure, Themistius, Chrysippe, Porphyre, Protagoras, Aristippe, Polémarchus, Simplicius, Thémistios	<i>Latins:</i> 18 (11%) <i>Grecs:</i> 54 (32%) Total: 56 (33%)	<i>Latins:</i> Sénèque, Cicéron, Lucrèce, Flavius Fabianus, Nigidius <i>Grecs:</i> Aristote, Platon, Plutarque, Xénophon, Pythagore, Épicure, Anaxagore, Chrysippe, Démocrite, Héraclite, Thalès, Parménide, Synésios de Cyrène, Théodore de Cyrénaïque, Théophraste, Hippodamos, Apollonius de Tyane,	<i>Latins:</i> 30 (19%) <i>Grecs:</i> 34 (22%) Total: 53 (34%)	<i>Latins:</i> Sénèque, Cicéron, Lucrèce <i>Grecs:</i> Aristote, Platon, Plutarque, Xénophon, Pythagore, Épicure, Thalès, Chrysippe, Démocrite, Théophraste, Bias de Priène, Solon	<i>Latins:</i> 13 (16%) <i>Grecs:</i> 20 (24%) Total: 28 (34%)	<i>Latins:</i> 61 (16%) <i>Grecs:</i> 108 (28%) Total: 137 (35%)
Littérature: Discours	<i>Latins:</i> Cicéron, Silius Italicus, Quintus Cicero <i>Grecs:</i> Démosthène, Lysias, Eschine, Isocrate, Lucien, Andocide, Lycurgue, Aelius Aristide, Démétrios de Phalère	<i>Latins:</i> 40 (24%) <i>Grecs:</i> 27 (16%) Total: 53 (32%)	<i>Latins:</i> Cicéron <i>Grecs:</i> Démosthène, Lucien, Démétrios de Phalère	<i>Latins:</i> 27 (17%) <i>Grecs:</i> 6 (3,8%) Total: 30 (19%)	<i>Latins:</i> Cicéron <i>Grecs:</i> Démosthène, Lysias, Eschine, Isocrate, Lucien, Andocide, Lycurgue, Antiphon, Dinarque	<i>Latins:</i> 25 (30%) <i>Grecs:</i> 11 (13%) Total: 33 (40%)	<i>Latins:</i> 92 (24%) <i>Grecs:</i> 44 (11%) Total: 116 (30%)

me	Augustin, <i>Grecs:</i> Clément d'Alexandrie, Origène	1 (0,6%) <i>Grecs:</i> 2 (1,2%) Total: 3 (1,8%)	Augustin, Ambroise, Jérôme, Paul, Tertullien, Arnobe, Minucius Felix, Lactance <i>Grecs:</i> Clément d'Alexandrie, Grégoire de Nazianze, Basile de Césarée, Chrysostome, Cassiodore, Cyrille d'Alexandrie, Justinus Martyr	9 (5,7%) <i>Grecs:</i> 7 (4,5%) Total: 13 (8,3%)	Luc <i>Grecs:</i> Grégoire de Nazianze, Basile de Césarée	1 (1,2%) <i>Grecs:</i> 3 (3,7%) Total: 4 (5%)	11 (2,8%) <i>Grecs:</i> 12 (3%) Total: 20 (5%)
Sciences: Médecine	<i>Grecs:</i> Hippocrate	<i>Grecs:</i> 1 (0,6%)	<i>Latins:</i> Cornelius Celsus <i>Grecs:</i> Hippocrate, Galien	<i>Latins:</i> 2 (1,3%) <i>Grecs:</i> 5 (3,2%) Total: 7 (4,5%)	<i>Grecs:</i> Hippocrate, Galien	<i>Grecs:</i> 5 (6%)	<i>Latins:</i> 2 (0,5%) <i>Grecs:</i> 11 (2,8%) Total: 13 (3,3%)
Littérature: récit narratif- « roman »	0	0	<i>Latins:</i> Apulée <i>Grecs:</i> Longus	<i>Latins:</i> 6 (3,8%) <i>Grecs:</i> 1 (0,6%) Total: 7 (4,5%)	<i>Latins:</i> Apulée <i>Grecs:</i> Ésope	<i>Latins:</i> 2 (2,4%) <i>Grecs:</i> 1 (1,2%) Total: 3 (3,7%)	<i>Latins:</i> 8 (2%) <i>Grecs:</i> 2 (0,5%) Total: 10 (2,6%)
Sciences: Agronomie	0	0	<i>Latins:</i> Varron, Caton, Columelle	<i>Latins:</i> 5 (3,2%)	<i>Latins:</i> Varron, Caton	<i>Latins:</i> 2 (2,4%)	<i>Latins:</i> 7 (1,7%)
Sciences: Sciences naturelles	<i>Grecs:</i> Théophraste	<i>Grecs:</i> 1 (0,6%)	<i>Grecs:</i> Théophraste, Dioscoride	<i>Grecs:</i> 4 (2,5%)	0	0	<i>Grecs:</i> 5 (1,3%)
Droit	<i>Latins:</i> Servius Sulpicius	<i>Latins:</i> 1 (0,6%)	<i>Latins:</i> Justinien	<i>Latins:</i> 2 (1,3%)	<i>Latins:</i> Ulpien, Publius	<i>Latins:</i> 2 (2,4%)	<i>Latins:</i> 5 (1,3%)

					Iuuentius Celsus		
Sciences: Mathématiques et sciences dures	0	0	<i>Latins:</i> Avienus	<i>Latins:</i> 1 (0,6%)	<i>Latins:</i> Frontinus	<i>Latins:</i> 1 (1,2%)	<i>Latins:</i> 2 (0,5%)
			<i>Grecs:</i> Euclide	<i>Grecs:</i> 1 (0,6%)			<i>Grecs:</i> 1 (0,3%)
				Total: 2 (1,3%)			Total: 3 (0,7%)

TABLEAU N°9: LISTE DES AUTEURS CONTEMPORAINS DE MARC-ANTOINE MURET CITÉS DANS LES DIX-NEUF LIVRES DE *VARIAE LECTIONES* DE CELUI-CI

Auteur	Nombre d'occurrences dans l' <i>editio princeps</i> de 1559	Nombre d'occurrences dans les livres IX à XV et les ajouts de 1580.	Nombre d'occurrences dans les quatre livres inédits de <i>Variae lectiones</i> publiés en 1600.	Nombre total d'occurrences dans les dix-neuf livres de <i>Variae lectiones</i> .
Piero Vettori	21	17	3	41
Paul Manuce	5	12	1	18
Adrien Turnèbe	2	8	6	16
Denis Lambin	4	2	4	10
André Alciat	0	3	1	4
Guillaume Budé	2	1	1	4
Gabriele Faerni	0	2	2	4
Marsile de Padoue	4	0	0	4
Ange Politien	3	1	0	4
Carlo Sigonio	0	3	1	4
Hermolao Barbaro	3	0	0	3
Juste Lipse	0	3	0	3

Auteur	Nombre d'occurrences dans l' <i>editio princeps</i> de 1559	Nombre d'occurrences dans les livres IX à XV et les ajouts de 1580.	Nombre d'occurrences dans les quatre livres inédits de <i>Variae lectiones</i> publiés en 1600.	Nombre total d'occurrences dans les dix-neuf livres de <i>Variae lectiones</i> .
Simeon Bosius (Dubois)	0	0	1	1
Jean Brodeau	0	1	0	1
Lazaro Buonamici	0	1	0	1
Celio Calcagnini	0	0	1	1
Giovanni Maria Cataneo	0	0	1	1
Hercole Ciofano	0	1	0	1
Pietro Crinito	0	1	0	1
François Douaren	1	0	0	1
Francesco Filelfo	1	0	0	1
Paul de Foix	0	0	1	1
Hubert van Giffen	0	1	0	1
Vaillant de Guellis	0	1	0	1

Fulvio Orsini	0	3	0	3
Pietro Bembo	0	1	1	2
Joachim Camerarius	0	0	2	2
Willem Canter	0	1	1	2
Sebastiano Corradi	0	2	0	2
Jacques Cujas	0	2	0	2
Jean Dorat	1	1	0	2
Érasme	0	2	0	2
Pietro Marso	2	0	0	2
Guglielmo Sirleto	0	2	0	2
Marcello Virgilio Adriani	0	1	0	1
Antonio Agelli	0	0	1	1
L'Arioste	0	0	1	1
Egio Benedetto	1	0	0	1

François du Jon	0	1	0	1
Jo. Antonius Lucatellus	0	1	0	1
Giovanni Pietro Maffei	0	1	0	1
Pierre Morin	1	0	0	1
Mario Nizzoli	0	1	0	1
Pétrarque	0	0	1	1
Beatus Rhenanus	0	1	0	1
Alexandro Ripario	0	0	1	1
Joseph Juste Scaliger	0	0	1	1
Coelus Secundus	0	1	0	1
Georgio Valla	0	1	0	1
Lorenzo Valla	0	1	0	1
Francesco Vimercati	1	0	0	1